



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Patrocio martyre. Cap[itulum]. cvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus. Fo. xli.

Sponsi federa violare non posse diceret: cepit perfectus inquirere: quis esset sponsus ille nobilis: de cuius se agnes potestate lactaret. Et quod didicisset: quod virgo christum deum suum sponsum assereret: perfectus eas sibi presentari fecit: et primo blandis sermonibus: dehinc terroribus pulsare cepit. Que illi blandientem sicut et terrentem advertebat. Et quod nobilis erat: et vim ei perfectus inferre non poterat: titulo sibi christianitatis obiecto: sequenti die eam sibi assisti fecit: et iterato de amore iuuenis appellavit. Et cum in sermone casto labore deficeret: alterum de duobus sibi proposuit eligendum: aut si virginitatem elegerat: deo veste cum virginibus immolare: aut cum meretricibus publice scortari. Que cum neutrum elegeret: dicens secum habere angelum dicit qui eam semper impolluta custodiret. Iussu simphronij sponsata ad lupanar ducit voce spona agnetes sacrilegum proclamante. Tanta autem densitatem dñs capillis eius mox crescentibus contulit: ut melius quam suis vestibus videretur induta. Ingressa autem turpitudinis locum: angelum dñi preparatum invenit: qui eam immenso lumine circumdedit: et stola candidissima ad mensuras eius corporis divinitus cōtexa vestit. Tunc perfectus filius eius sodalibus ad lupanar venit: et volens sibi illudere: illos prius ad eam inuocavit. Qui ingressi et immenso lumine territi: cōpuncti redierunt. Sicque lupanar locus orationis efficacis: adeo ut quisque mundior exiret: quam in gredere. Iuuenis ergo lascivus socios ut puellantes irridens: intras in lumē irruit: moxque ut eam cōtingere voluit: prefocatus a diabolo exspiravit. Que socii videntes diutius immorari: putabant illum obsequio operibus occupari. Tandem ad locum accesserunt: et eum mortuum inuenientes: prefocatus clamaverunt. Occurrit populus: eocurrat et densens perfectus: et quidam eam maleficam: quidam innocentem exclamabant. Perfectus vero causas necis filij interrogat. Qui virgo respondit: quod ille cuius voluntate perficere noluit: in eius potestate accepit. Nam et alij quod honorē deo intrantes dederat: illi exiuerat. Qui cum perfectus se eidem creditur diceret si iuvenem suscitaret: oravit agnes cum lachrymis et cōfessis ab angelo suscitata iuuenis: qui egressus cepit christum publice predicare: et omnia idola cōfutare. Tunc seditione in populo excitata per pontifices idolorum: perfectus hec videns obstupuit: eamque dimittere voluit: sed per scripturam timens: virginem aspasio vicario dereliquit: et dolens abijt quod ipsam liberare non potuit. Quam vicarius in igne copiosus lactare fecit: sed in duas presnam diuisa seditionis populi cōburebat: et eam minime cōtingebat: sicut autem christi ad dñm oravit: moxque ignis ita extinctus fuit: ut nec quidem repositi cendij remaneret. Aspasio autem seditione populi timens in gurgure eius gladium mergi fecit: et sic christi sibi sponsam et martyrem cōsecrauit.

Eius corpus christiani cum parentibus nullam tristitiam habentibus tulerunt: illudque in presidio suo via numentana sepelierunt: vixitque a paganis in eos mittentibus lapides euaserunt. Passa est autem. xij. kalen. februarii.

De sancto Patrolo martyre. Cap. cvij.

**P**atrocl' marty' pas

sus est apud senonas gallie sub valeriano imperatore. Qui cum de partibus illis egrederetur audita fama patrocli quod vir nobilis assiduis orationibus vacans: hora. xij. vix cibum capiebat: et quod christum publice predicabat: fecit eum teneri et ductum ad sacrificandum. Qui cum sacrificare contēneret: iussu imperatoris fustibus ceditur: deinde missis cōpedibus in cruribus ipsius et catenis in manibus vincit: triduo carceri patroclus mancipatur. Sed cum in christi confessione constanter perseveraret: iussit eum aurelianus iuxta flumē sequanā duci: ibique gladio caput eius abscidit. Ductus ergo ad locum: oratione premissa: lumina eius tenentia obscurata sunt. ipso flumen transiit: aqua vix ad genua pertingente. Quod dum quidam illorum diuine virtuti: quidam magice arti ascriberent flumen et ipsi transferunt: et dum sanctum requireret a muliere gentile eisdem orans ostēditur. Sicque caput ipsius amputatur. xij. kalen. februarii. Eius corpus a viris fidelibus persecutione sedata in ciuitate senon. sepultum iacet.

De sancto Pubito episcopo et martyre. Capitulo. cix.

**P**ubitus epus athe

niens. et marty' gloriofus fuit. Hic humana et diuina sapientia clarus: secundus post dionysium ariopagitam ad modum effulsit. Ecclesiamque athenicensem nobiliter rexit: et preclarus virtutibus ac doctrina prefulgens ob christi fidem martyrio coronatur. xij. kalen. februarii. hec ado.

De sanctis Fructuoso episcopo et socijs martyribus. Capitulo. cx.

**F**ructuosus episco

pus augurinus et enlogius diaconi et martyres: tempore galieni imperatoris martyrium passi sunt apud terragonam hispanie ciuitatem. Qui primo in carcerem trusi: diebus pluribus afflicti sunt. Deinde educti: pro christi confessione flammis iniecti: vinculis quibus alligati fuerant exustis manibus in modum crucis expansis: orantesque vixerentur obtinuerunt. Et mox quidam ex fratribus: et filia perfidis que astabat: viderunt sanctorum animas celi in